UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Constantio confessore. Cap[itulum]. cxi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

cari. Et ſic clemens primus fuit per petri ele-
ctionem: tertius vero per gradū. ¶ Hic beatus
eps cū demões effugaret: mortuos ſuſcitaret:
⁊ alia miracula faceret: multoſq; cõuerſos ba-
ptizaret: filiā etiā ſaturnini cõſulis a demonio
liberaſſet: ⁊ ad xp̄m cõuertiſſet. Saturnin⁹ cõ-
ſul credēs hoc magicis artib⁹ fieri: ip̄m diuer-
ſis penis afflictū decollauit. Imperāte nerõe
ix. kal'. octobris. Et lʒ corpus ei⁹ p̄io fuerit in
vaticano ſepultū: poſtea tñ a gregorio oſtienſi
ep̄o oſtiā tranſlatū eſt: ⁊ in eccl'ia maiori ſancti
laurētij recõditū. Hic fecit ordinationes duas
per menſem ſeptembrē: ⁊ ordinauit ep̄os. xv.
preſbyteros. xix. Et ceſſauit ep̄atus dies tres.

¶ De ſancta Tecla virgine ⁊ martyre. Cap. cx.

Tecla v̄go ⁊ martyr paſſa eſt apud iconiū ciui-
tatē imperāte ne-
rone. Que ip̄ius vrbis p̄claro
genere orta beati pauli apl'i
predicatiõe cõuerſa: atq; vir-
ginitatē p̄feſſa: cū ſponſum
haberet nuptijs renūciauit. Quod mater eius
ſentiens: filiā iudici tanq̄ xp̄ianam accuſauit.
Tūc p̄conſul alexāder teclā detentā iudicauit
igni cremādā. Et cū i medio ignis eſſet poſita
in nullo tamē cruſta eſt: imberq; de celo vehe-
mentiſſimus cadens rogū extinxit. Sicq; v̄go
liberata: ad domū vbi paulus hoſpitabat' adue-
nit: vbi multos diſcipulos inuenit: qui ſe pro ea
orantes. vi. diebus afflixerāt. ¶ Poſt aliquod
tp̄s ſyrus alexander teclā detentā iudici iterū
obtulit: ⁊ de xp̄ianitate detulit. Quā iudex be-
ſtijs exponi iuſſit: ſed interim eā tryphene ma-
trone nobili imperatoris p̄pinque cuſtodiendam
tradidit. Die vero ſtatuta tecla in arenaʒ ducit':
⁊ leene ſupra dorſum colligat'. Sed leena v̄o
capite virginis pedes lābebat. Sicq; puella de
arenario educit' illeſa: et in die ſequenti reſer-
uatur iterū feris ſubijcienda: trypheneq; com-
mēdat' cuſtodiēda. Sequenti iterū die tecla p̄-
ducitur: ⁊ ſpoliata in amphitheatrū mittitur: ⁊
leones ⁊ vrſi ad eam dimittūtur. Ad cuius pe-
des leena procidit: vrſamq; ad virginē curren-
teʒ lacerauit. Leonē v̄o ferociſſimū eadē leena
complexa cum ip̄o dimicauit: ⁊ cum eo pariter
mortua corruit: ⁊ ſic v̄ginē defenſauit. Deinde
in foſſam aque ſerpentibus plenā inijcitur: ſed
protinus ſerpentes nube ignis oppreſſi mo-
riunt'. Dehinc tauris ferociſſimis pedibus alli-
gatur. Et lamine candētes inter alia animaliū
mittunt': vt ſaltu rapido cito diſcerperent vin-
ctam. Sed ferrum candens cõbuſſit funes: et
ſolutis vinculis virgo liberat': diſcurrentibus
tauris pre incendijs dolore. Clamantibus aūt
populis cū tryphena magnū deū xp̄ianorū: pro-
conſul tam miraculi ſtupore q̄ populi timore:
teclam ſuis veſtibus indutā matronis liberam
dimiſit. Quā triphena in domū ſuā ſuſcepit: et
adoptans in filiā fidem xp̄i percepit. Multos
etiā gentiles virgo dñi ad fideʒ perduxit. De-
inde ſeleuciā abijt: ⁊ in virginitate ⁊ ſanctitate
vite perſeuerans: ſomno pacis dulciter requie-
uit nono kalen. octobris ibidē ſepulta.

¶ De ſancto Conſtantio confeſſore. Cap. cxi.

Conſtāti⁹ confeſſor apud
anconā claruit:
q̄ in eccleſia bea-
ti ſtephani p̄o-
thomartyris manſionarij fun-
ctus officio ſeruiebat: fundi-
tuſq; terrena deſpiciens to-
ta mente ad ſola celeſtia fla-
grabat. Quadā vero die die cuʒ
in eadē eccleſia oleū defeciſſet: ⁊ dei famulus
vnde lampades accendere non haberet. Lam-
pades omnes aqua repleuit: atq; ex more in me-
dio papyros poſuit: quos allato igne accēdit:
ſicq; aqua in lampadibus aſi oleū tota die ac
nocte arſit. Cuius ſanctitatis opinione creſcē-
te multi ad eum videndum ex diuerſis locis ve-
niebant. ¶ Die vero quadam ex longinquo loco
ad eum videndū ruſticus venit. eadem vero hora
contigit: vt vir domini ſtans in ligneis gradi-
bus reficiendis lampadibus deſeruiret. Cum-
q; is qui ad eum videndū venerat: quiſnā eſſet
inquireret: ⁊ oſtenſum ſibi exili forma: ⁊ puſil-
la ſtatura conſpiceret deſpexit: eū atq; in corde
ſuo deriſit: dicēs ſe grandē hominē videre cre-
didiſſe: ille vero nihil habebat de homine. Quod
vt cõſtantius per ſpiritū agnouit lāpades reli-
quit: concituſq; deſcendens in amplexus ruit:
⁊ deoſculās eū grās egit: q̄ de ſe talia cogitaſ-
ſet: eo q̄ ip̄e ſolus ex hoībus in eū cognoſcēdū
oculos apertos habuiſſet. Cuius humilitatē ⁊
ſpiritū p̄pheticū ruſticus conſiderās: ⁊ veniā
ab eo petijt: ⁊ deinceps in reuerētiā aſſumpſit.
Quieuit aūt in pace vir dñi. ix. kal'. octobris ſe-
pultus ancone. Hec gregorius p̄io dialo. cap.
v. Corpus aūt huius ſancti p̄ceſſu tēporis ve-
netias tranſlatū: ⁊ in eccleſia ſancti baſilij col-
locatum eſt. iiij. idus. iulij.

¶ De ſancto Conſtantio epiſcopo. Cap. cxij.

Conſtāti⁹ ep̄us aquine ci-
uitatis fuit: et
iohannis pape
primi tēporib⁹
claruit. Qui vitra nimiā ſan-
ctitatis famā: qua apud mul-
tos innotuit: ſp̄ū p̄phetio do-
tat⁹ eſt. Cū eñi in die ei⁹ obi-
tus a circunſtantib⁹ ciuibus: